

IV.

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 75.

Elysiun-Meum. Die Veneris 19. Octob. 1810 (Neov. 5. Oct. 1810.)

Politica Mea.

Quæritare ex me soles: cui Politicæ adhæream?
 respondeo: nulli earum, quas mihi memoras —
 & quæ hujus, reponis, ratio? ajo: ipsa Politica.

Politica Thermopolica. —

Quid novi? quærit promissa decorus barba
 Græcus ad recentissimi moris diaria exacto
 ex trosculo; „Turci internecina clade adfecti
 sunt” — quid novi? rogat Constantinopoli
Mustius Janitscharum „Russi ex pleno cæsi
 sunt” quid novi? seiscitatur cultus ædium cu-
 rator Vindobonæ ex mercatore, „*Cursus Au-*
gustanus continuo adversatur,” — quid novi?
 percontatur Eruditus Berolini militarem Offi-
 cialem. — „Chorcæ futura hyeme restringen-
 dæ feruntur,” — quid novi Parisiis? — cum
 continentia piques Cothurnices, spumantia-
 que prætereuntur *Restauratorum* pocula, atque
 frogali *Journalistarum* mensæ assidetur; Inbi-
 rucus jam narratur:

„*Inter Classica et tympana*

Classicum et tripudia:

de giganteis consiliis, extensione magni Im-
 perii versus austrum, metamorphosis mino-
 rum Statuum, quæ omnia demum fide desti-
 tuta dictæria sunt, Isthic nihil audire est,

præter platearum oclusionem novæ archite-
ctonicæ structuræ gratia; ornamenta aquarum
fontibus adplicanda, favores novos fabrica-
tioni Sachari ex uvis producti impertiendos
cum magnis vinipotarum ingratias, de cursu
equorum in Campo Martio, levibus terræ
succubus Brivatibus & Rupelis; ut novus
Coronæ Svecicæ hæres ad destinatum sibi
locum abscedat, aula ad Fontem bellaqueum se-
cedat, Senator Russicus Oginsky Parisios ad-
pulerit, atque clarissimi Foureroyli librorum,
qui 10000 numerantur Collatio subhastata
distrahenda sit. — Et hæc omnia sci-
re magni interest. Ad lucubrationem men-
sam præmaturis Anglicanis nunciis ex Brasi-
lia, Hispania, Portugallia, Dantisco & Pe-
tropoli, meditationibus Anglorum Nobilium
super alto sonantis æris pretio, fatali in Hol-
landia ictu, alii que humidis fructibus, qui
bene quidem paginas nostras, minime vero
lectorum nostrorum stomachum onerare po-
terunt, oblectari licet; tandem sequuntur
Proclamationes, ordinationes, & articuli No-
vellarum ex America Austr. Bono Aere, Ca-
raccas, quibus plene obdormivimus, usque
Fama novitatis tuba sua, s. qv. nova auri-
bus intonans, nos expegefecisset:

Londino 18. Sept. Ephemeridibus Pro-
vinciæ Cantii seqv. litteræ Londino de 17. h.
leguntur. „Intelligimus Petropoli momento-
sam paligenesiam in ejate secreto Conclavi
locum habuisse. Gallica factio actione sua
rursus excidit, eique opposita favores recu-

peraverit. Litteræ hoc in argumento admodum recentes de 31. Aug. sunt. „Electedio Gen. Ducis Bernadotti in Coronæ Svecicæ principem huius revolutioni ansam dedit; atque in omnibus Bellici Collegii partibus fervet negotium, adparatus in omnem eventum faciendo. Conspicuum copiarum agmen jam reapse limites petiit, ad rationes pro adjunctorum exigentia adgrediendo, aut defendendo ineundas. Aberravit, quisquis dixit: Gallorum non amplius 25 armatorum millia in Polonia consistere. — Hoc assertum falsis nitebatur Gallicani Regiminis declarationibus. Verum est, Gallis 50 millia in Polonia, totidem in Germania boreali præsto esse, ad omnem nutum in Russiam motura. Tandem Alexander periculi plena suarum rerum adjuncta perspicit, & eadem hæ litteræ memorant Generalem inter Ducem Kamenski, Magnumque Vezirium Inducias esse initas de Pace tractandi gratia, quarum consecrarium fuit arcis Ruschtschuk, & Schumlæ obsidionis solatio. Porro litteræ hæ memorant: Jussa edita esse, executionem Sequestrationem navium ex Teneriffa, earumque onerum concernentis Decreti prorogandi.

Adnot. offic. pag. Novellistæ Angli tenent institutum suum, sibi que constant. Motus, quos hac irritante instantis belli spe in Publico excitant, Galliam inter Russiamque erupturi, completi haud essent, susque destituerentur integritate, si Londinensibus Mer-

catoribus non una auunciarent evangelium. Promulgant, naves ex Teneriffa, quas afferant sui Juris non esse, quarumque onera neutralem proprietatem esse contendunt, sibi restitutum iri.

Si Londinensibus Mercatoribus non alia moneta, quam valor horum onerum navibus iis contentorum, pro exsolvendis Campsor. litteris suis suppetit, profecto sortium eorum correspondentium indolemus & compatimur. —

„Porro fertur: abstrahendo a rationibus querulandi, quæ Russæ in argumento denominationis Bernadottii, atque repetitionis Finniæ suppetunt, Napoleonem petisse, ut porius Russici a Gallicanis copiis occupentur.

„Hodierno mane Gothenburgo litteræ de 8. h. perceptæ. Harum quædam ferunt. Jussam ibidem edictum, quamvis Anglicanam proprietatem Interdicto adficiendi. Jussam hoc Holmia emanavit, estque effectus Gallici legati ibi residentis.”

Adnot. gall. offic. pag. Unum quod in hac relatione ratione nititur, postremus est paragraphus — Gothenburgum ergo Balticumque mare Angliæ occludetur, Gallicæ Classis Jahdam, & Emsam subire. —

Hollandicæ Germanicæque oræ, munimentis, numerosisque sectionibus Gallicorum Insectorum litoralium firmatæ sunt. Promtuariis Helgolandicæ, quæis 200 amplius miliones Anglicanarum mercium continentur, nulla eas deponendi via suppetet; quod ex iis

non computruit, id Londinum reportandum erit: Ad plebi vero fucum faciendum & palpum obtrudendam excogitantur relationes, quemadmodum optime auribus ejus serviunt; ejus imaginationi incendium in Continente exhibetur, qui rivis sanguinum cooptus gemit. Cum dolore erga Anglos afferere cogimur: continenti pacem esse, pacemque futuram.

Holmia 18. Sept. Editæ hic sunt typis quævis ad Regiûm Medicum Collegium missæ relationes, declarationes, litteræ, atque opiniones statum valetudinis, morbi peristases, mortis Casum, obductionem cadaveris, causasque mortis Sereniss. defuncti Coronæ principis Caroli Augusti concernentes, cum facultate Regii Collegii Medici ab ejus Secretario Cl. D. Prof. Philipson. — Resultatum totius continetur Actis Prof. Lodin, in quorum Epilogo ait. „Opinio mea est, quod, si intoxicatio locum habuit, ad quod suspicandum proh dolor! gravem rationem habemus, tum id aut vice simplici, aut probabilius minutis dosibus & per vices repetitum accidit. Ad hanc propositionem probandam non habeo opus sola communi opinione, quæ deproperata posset, ast præcipue modus valetudinis Serenissimi ex longiore tempore, ratio ipsa mortis, atque intestinorum post mortem, argumento sufficienti sunt. Quin legi adversam, deproperateque susceptam obductionem Cadaveris, atque superficialem in ventriculo rectorum viscerum tractationem

quæ sane indicia augent, perstringam, & intuitu horum sententiam depromam, id satius est scire: mortis rationem apoplexiam, Intestinum jejunum plumbei coloris, Appendicem vermiformem atri, hepar extra modum grande, ac opacum, jecur nigrum, & admodum laxum, pene solutum, atque atra humiditate obductum fuisse, quæ, ambiente id, Gebula continebatur.

Linköping 24. Junii 1810.

Joh. Gust. Lodin.

Eleucus

Prælectionum in Schola Jurium Vexlariensi Semestri hyberno 1810.

- 1) Historia Stat. Veterum. Idem. sec. Cl. Heeren, præl. hebdom. 5 horis.
- 2) Historia Statuum Europ. Professor Cl. Follenius, secundum Meusel, prælegit hebdomadatim 5 horis.
- 3) Statistica Statuum Europ. Idem sec. MSS. præl. hebdom. 5 horis.
- 4) Encyclopædia & Methodologia. Prof. a Löhr sec. Hugonem. præl. hebdom. 2 horis.
- 5) Principia Jorisprudentiæ Philosophicæ. Prof. Cl. Werner. sec. Gros. præl. hebdom. 5 horis.
- 6) Institutiones Juris Civ. Rom. Prof. Cl. Vahlkamp. sec. Konopak, præl. hebdom. 6 horis.
- 7) Systema Pandectarum. Prof. Cl. a Löhr. sec. MSS. & pro subsidio Thibaut, præl. hebdom. 12 horis.
- 8) Theoria Juris Successionalis secundum principia J. Rni. Idem. præl. hebdom. 5. horis.

- 9) Codex Napoleoneus. Prof. *Stickel* medio Exegeseos in Textum, præl. hebdom. 12 hor.
- 10) Theoria Juris Success. secundum Principia Juris Gallici, Idem. hebdom. 3 horis.
- 11) Jus Feudale. Idem. sec. *Pütz*, præl. hebdom. 4 horis.
- 12) Principia Jurisprud. Crimin. Univ. & positivæ cum prædementia reflexione ad Medicam forensis præl. Cl. Prof. *Werner*, sec. *Feuerbach*. hebdom. 5 horis.
- 13) Jus Ecclesiasticum. Prof. Cl. *Vahlkampf* sec. *Böhmer*, hebdom. 6 horis.
- 14) Theoria forensis Manipulationis in Civilibus Controversiis, secundum communes Germanici Juris normas, cum reflex. ad aberrationes Codicis Process. (Code procedure) Gallis. Prof. Cl. *Abel* præl. hebdom. 5 hebdom.
- 15) Connexæ ea Institutio Praxeos Juridicæ Idem, horis peculiaribus.
- 16) Politia Medicinalis, & Medica forensis pro Jurisperitis, præl. D. Consiliarius Medicinalis *Gergens*.
- 17) Examinatorium super Cod. Napoleoneo, & Processu. Prof. Cl. *Stickel*.
Cl. Cl. DD. *Blum*, & R. *Braun* desiderantibus, sufficiente in numero, auditoribus pro ratione Candidatorum exigentiæ, philosophicas, & philologicas prælectiones. — DD. *Langlois*, & *Rimrod* in linguis Gallica, Italica, & Anglica institutiones daturi sunt.

Semestre hybernum Calendis ipsis Novembris exordium capiet.

quæ sane indicia augent, perstringam, & intuitu horum sententiam depromam, id satius est scire: mortis rationem apoplexiam, Intestinum jejunum plumbei coloris, Appendicem vermiformem atri, hepar extra modum grande, ac opacum, jecur nigrum, & admodum laxum, pene solutum, atque atra humiditate obductum fuisse, quæ, ambiente id, Gebula continebatur.

Linköping 24. Junii 1810.

Joh. Gust. Lodin.

E l e n c h u s

Praelectionum in Schola Jurium Vexlariensi Semestri hyberno 1810.

- 1) Historia Stat. Veterum. Idem. sec. Cl. *Heeren*. præl. hebd. 5 horis.
- 2) Historia Statuum Europ. Professor Cl. *Follenius*, secundum *Meusel*, prælegit hebdomadatim 5 horis.
- 3) Statistica Statuum Europ. Idem sec. *MSS.* præl. hebd. 5 horis.
- 4) Encyclopædia & Methodologia. Prof. a *Löhr* sec. *Hugonem*. præl. hebd. 2 horis.
- 5) Principia Jurisprudentiæ Philosophicæ. Prof. Cl. *Werner*. sec. *Gros*. præl. hebd. 5 horis.
- 6) Institutiones Juris Civ. Rom. Prof. Cl. *Vahlkamp*. sec. *Konopak*, præl. hebd. 6 horis.
- 7) Systema Pandectarum. Prof. Cl. a *Löhr*. sec. *MSS.* & pro subsidio *Thibaut*, præl. hebd. 12 horis.
- 8) Theoria Juris Successionalis secundum principia J. Rui. Idem. præl. hebd. 5. horis.

- 9) Codex Napoleoneus. Prof. *Stickel* medio Exegeseos in Textum, præl. hebdom. 12 hor.
- 10) Theoria Juris Success. secundum Principia Juris Gallici, Idem. hebdom. 3 horis.
- 11) Jus Feudale. Idem. sec. *Pütz*, præl. hebdom. 4 horis.
- 12) Principia Jurisprud. Crimin. Univ. & positivæ cum præcedentia reflexione ad Medicam forenses præl. Cl. Prof. *Werner*, sec. *Feuerbach*. hebdom. 5 horis.
- 13) Jus Ecclesiasticum. Prof. Cl. *Vahlkampf* sec. *Böhmer*, hebdom. 6 horis.
- 14) Theoria forensis Manipulationis in Civilibus Controversiis, secundum communes Germanici Juris normas, cum reflex. ad aberrationes Codicis Process (Cocce procedure) Gallis. Prof. Cl. *Abel* præl. hebdom. 5 hebdom.
- 15) Connexæ ea Institutio Praxeos Juridicæ Idem, horis peculiaribus.
- 16) Politia Medicinalis, & Medica forensis pro Juri peritis, præl. D. Consiliarius Medicinalis *Gergens*.
- 17) Examinatorium super Cod. Napoleoneo, & Processu. Prof. Cl. *Stickel*.
Cl. Cl. DD. *Blum*, & *R. Braun* desiderantibus, sufficiente in numero, auditoribus pro ratione Candidatorum exigentiæ, philosophicas, & philologicas prælectiones. — DD. *Langlois*, & *Rumrod* in linguis Gallica, Italica, & Anglica institutiones daturi sunt.
- Semestre hybernum Calendis ipsis Novembris exordium capiet.

Innitu hospitorum, & reliquarum oeconomicarum studentium accomodationum, DD. Prof. cum voluptate se advenientes certos reddent, & consilio suo adjuvabunt.

Candidatos, qui aliis in Academiis scientiarum Catastris inserti, hujatam Jurium Saborum adeundi animum habent, requisitis Academicis testibus literis provisos oportet, sine quarum præsentatione Albo hujus litterarii Instituti inseri nequeunt.

Veczlaræ 15. Sept. 1810.

a Mulzer

Curator scholæ Juris.

M. Ducatus Herbitopolit.

Servofurto hæc scribuntur: Postquam Regius Commissarius Juramento fidelitatis universos absolvisset, iidem a D. M. Duc. Commissario præmissa soleuni oratione in fidem recepti sunt; sub actu Juramenti in vallis tormenta soluta, agmen vero nationale in foro festivo in adparatu constitit. Tum in pergula Curiae a Politiae Actuario Receptionis Litterae patentes coram Magistratu lectae, promulgataeque, ad quod tria acclamationes *Vivat Ferdinandus!* undique & continuos inter musicos concentus resonera, diesque inter jubilares, de obtento ter amato novo terrae principe, adplausus, traducta; tum A. & M. Ducalia Insignia & Edicta aditae possessionis publice adfixa.